

lae Bellicum, quam similiter dein labore ac cura Bani Nostrae Croatiae Joannis Comitis a Palfy, finita quam primum moderna in Hungariae Regno Expeditione Campestri ad Patriae Oras personaliter rursus remittendi, omnem operam navari congruasque eatenus ac efficaces dispositiones et vigiles semper praecautiones institui facere haud quaquam praetermissuros esse. Vobis in reliquo gratia Nostra Caesareo Regia benigne propensi manentes. Dabantur in Civitate Nostra Viennensi, die Tertia Mensis Novembris, Anno millesimo Septingentesimo sexto. Regnorum Nostrorum Romani decimo septimo, Hungarici decimo nono, Bohemici vero Anno secundo.

Josephus m. p.

Leop. Com. ab Herberstein m. p.

Ad Mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium:

Joannes a Tiell m. p.

*A tergo:*

Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis, nec non Egregijs et Nobilibus N. N. Universis Statibus et Ordinibus Regnorum Nostrorum, Fidelibus Nobis dilectis.

Zagrabiae.

(L. S.)

Orig. in Archivo Regni Croatiae. Acta Regni Congregationum a. 1706, Nr. 27.

## CCXXII.

*Anno 1708. die 21. Novembris. Viennae.*

Josephus I. Rex Bano, in Hungaria bellicis negotiis occupato, locumtenentem dat.

Josephus Divina Favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus &c.

Reverendi, Honorabiles, Spectabiles ac Magnifici, nec non Egregij et Nobiles, Fideles Nobis dilecti. Relatum est Majestati Nostrae, in Regno Nostro